CRISTIANAE DEPRECATIONIS INTERPRETATIO.

CHRISTIANAE *deprecationis Interpretatio.*

MAGISTER *Hũani generis Ieſus Chriſtus breuem & cotidianam, omnibusq; cõgruẽtem orandi formam cum ſtatuiſſet, priusq̃ modum explicaſſet duo animaduertit, primum ut non ſit in aperto loco, & ne orans uerba multiplicet.* Sic *orſus.* *Cum oratis non eritis ſicut* Hypocritæ *qui amant in Sinagogis & angulis platearum ſtantes orare, ut uideantur ab hoĩbus.* Amen *dico uobis receperunt mercedẽ ſuã.* Tu *aũt cũ oraueris, intra cubiculũ tuum, & clauſo hoſtio ora Patrẽ tuũ in abſcondito, & pater tuus q̃ uidet in abſcõdito reddet tibi.* Orantes *aũt nolite multũ loqui ſicut* Ethnici *faciũt, putant.n. quod in multiloquio ſuo exaudiãtur.* Nolite *ergo aſsimiliari eis ſcit.n. pater ueſter q̃d uobis opus ſit anteq̃ ab eo aliquid petatis.* Non *erit ab re, ſed noſtro propoſito neceſſarium, primo principia, quibus mens mouetur ad deprecationes cognoſcere.* Poſtremo *uerba interpretabimur, cũ non nihil ſcrupuli habeant.* Principia*, quibus prouehimur ad deprecatiões eſt ratio & affectus.* Ratio *præponit illud eſſe bonum.* Voluntas *impellit ad agendum.* Hæc *quidem actio, aut eſt praxis, ut greci dicũt, & eſt aut proſequi aut fugere aliquod, aut hec actio eſt locutio, quæ quinq; plane modis perficitur quæ ſcolis dialecticorũ relinquatur philoſophamur modo in academia* Chriſti *in qua chriſtianus quo affectu deprecandus eſt deus adiſcit & quod theo. dicũt orationem uocalem, dicenda eſt deprecatio.* Et *quoniã & ratio & affectus pariunt deprecationem, dubitant an ſit opus præcipuæ rationis uel appetitus, ſatisfaciendum eſt hac ratione.* Cũ *enim*

deprecamur, mentē attentiſſime coniungimus illi, quē depreca mur, & ut dicunt noſtri eleuamus mentē ad Deū, uerum hæc attentio impulſu uoluntatis fit, ideo dicendum, eſſe rõnis opus quoniã eleuatur mens, uerum impellente uo. utate, ob id græ ci προσευχὴν *uocant, non eſt enim pura elocutio, ſed cũ at/ tētione fit, & ſic attentionē potius, quã orationē deſignat ut in terpretatur cõis academia tho. belle quidē definiētes dixerunt orationem eſſe attentionem mentis, uel eleuationem ad Deum & ſi cum affectu exprimitur uoce, nominatur ab iſtis oratio uocalis. Si aũt eſt pura mentis attentio, ab yſdem dicitur men talis oratio.* *Mihi uero melius uidetur dicēdum ſuplex ani mus quam oratio, cum latini non orationem, ſed rationē men tis actam uocitant. Ad hanc inquam deprecationē faciendam ſeruator noſter Ieſus Chriſtus ſuos erudiuit diſcipulos. Nõ eſt tamen ignorandum non modo cũ precamur & petimus De um attentiſſime contemplamur. Sed trifariam ratio & appe/ titus Deum intendit. Primum. n. cum mēte uoluimus ſummã dei bonitatē & intelligimus p ea opera abſolutiſſima in lucem ducta, cum ſapientiam miro ordine mundi huius in omni par/ te diſtributo intelligimus. Si hæc miramur, & rei magnitudi/ ne obſtupeſcimus, cum illa oĩa mens haud comprehendere po tuit, tum dicemus cum Propheta, Defeci domine in atrys tuis “ & alibi, tibi ſilentium laus. Hæc quidem eſt pura cõtemplatio quæ in nullo genere orationis includitur. Alia eſt attentio cũ deum intelligimus, & laudamus per ea quæ uidemus, & hæc oratio non eſt deprecatio, ſed demoſtratiua oratio, & in demo ſtratiuo genere formatur, & debet ſemper eſſe ut Dauid lau/ dabo deum omni tempore & laus eius in ore meo. Poſtremo “ attente deum contemplamur, cum aliquid ab ipſo expetimus,*

& hæc dicitur deprecatio cum uoce explicamus. Accedit uõ
ſine ratione alia quæſtio. Vtimur ne cũ ſanctos ueneramur hoc
deprecationis genere? Reſpondere oportet quod ſoli deo danda
eſt & nulli ſanctorum, cum ſit apud noſtros latria, qui cultus
deo conuenit. Precamur plane ſanctos & colimus non ut eorũ
propria uirtute efficiant, ſed ſuis meritis à deo impetrẽt Hæc
ueluti præludia præponenda erant, Vt ſupplicationibus noſtris
propitietur deus, & animis noſtris lucri faciamus. Admonet
magiſter noſter, primo locũ, cum deum deprecabimini non eri
tis ſicut hypocritæ ideſt fictores religionis, qui amant in ſina/
gogis, ubi plures congregantur, & in angulis platearũ, in cor/
greſſu multorum orare. non propter deum: ſed finis eſt ut uide
antur ab hominibus, q̃ uidentes eorum ficta opera, uocent illos
magiſtros & dominos, & ideo addidit, amen dico uobis recepe
runt mercedẽ ſuam: ſua merces eſt premium, quod ſummo ſtu
dio orantes expetierunt, receperunt, quia uocantur magiſtri ſi
nagogæ, non eſt copioſa, nec in cœlis repoſita, ſed premia uanæ
gloriæ quæ ueluti aranear. telæ ſubito flatu euaneſcunt, qui
deum ficta oratione deprecantur, non quidem theſauros repoſi
tos in cælis perpetuos ĩmarcenſibiles quærunt, qui tempori mi
nime menſurantur nec corruptionẽ uidebunt, uerum mundo
ſeruiant, mundanaq; adipiſcuntur: & hæc ueluti fænum & ſti
pula areſcunt. Explicat aũt ſeruator noſter in Math. xxiij.
oĩa opera ſua faciunt ut uideantur ab hoĩbus dilatant. n. phila/
teria ſua, & magnificãt fimbrias, amant aũt primos recubitus
in cænis, & primas cathedras in ſinagogis, & uocari ab hoĩbus
Rabi, qui igitur gloriã hoĩum appetit, chriſti aduerſarios ſcri
bas & phariſeos imitantur, uult. n. chriſti imitator potius per/
ſecutionem ab hoĩbus quàm gloriã, ut infra docebimus. Nos

corripit Ioannes, Quomodo uos poteſtis credere, qui gloriā ad inuicem accipitis, & gloriā, quæ à ſolo deo eſt non quæritis? Quid prodeſt ut mundi gloriā conſequantur, uacuū cibo uentrem, gloriæ cupiditate repleri? at quid erogare uniuerſum patrimonium, ut laudem ſibi uendicent: & bonum opus malo fine corrumpere? monet aūt apoſtolus ad galathas ſcribens, non efficiamur inanis gloriæ cupidi inuicem prouocantes, inuicem inuidentes: & alibi ad corinthios ſcribēs. Qui gloriatur in domino glorietur: non. n. qui ſe ipſum cōmendat, ille probatus eſt. Vt pharisæus ille, qui ſe coram deo extulit, ſed dicamus ut in Luc. ſcriptum eſt: Cū oīa feceritis, quæ præcepta ſunt uobis: dicite ſerui inutiles ſumus: cū oīa ab ipſo, qui cuncta regit, accipimus, oportet in cruce dñi noſtri Ieſu chriſti gloriari, a quo cuncta bona uenere: ſed nō opus gloriari quaſi non acceperimus, ſed deo laus honor & gloria. Tu autē cum oraueris:
"græca ueritas προσεύχῃ. oras. melius ταμεῖον σου intra cu
"biculum tuum: quæ non facere debeant ut in aperto deprecentur, docuit modo quē locum adeundum declarat: tu autē cum oras, ideſt cum rite deū colere cupis (noſtra. n. infirmitate hæc non poſſunt perpetuo fieri) ideo cū oras, cum hæc ſint tibi animo facere: intra cubiculum tuum, ideſt ſecretiorem partem domus tuæ, ubi conſueuiſti theſaurum & pretioſiſſima tua recondere: imprimis repone tuam orationē, quæ longe pretioſior eſt oī tuo theſauro, ibi erit & cor tuū, ob id uoluit magiſter ſignificare intra promptuarium tuum reponas cor tuum: ubi. n. theſaurus tuus eſt, ibi & cor. cum. n. à perturbationib. huius mūdi uacas, cum deſideria carnis non perficis, tunc in ſpiritu ambulabis, & toto corde deum quæris, nec cor tuū erit diuiſum, ſed conuerſum toto corde ad deum, conuertimini ad me in to

to corde ueſtro. Oportet deum amare ex toto corde. legitur in eccle. Ne acceſſeris ad deum duplici corde. ſcribitur ibidem Ve duplici corde, nam mens diuiſa non conſequitur, nec fit uoti cõpos. In oſee ſcriptum eſt, diuiſum eſt cor eorum, nunc interibunt. Voluit nobis ſignificare magiſter uitæ, ut in oratione ita te habeas, quemadmodum in theſauro, cor tuum eſt in loco, ubi eſt theſaurus tuus, ſic & cor tuum totum debet orationi ineſſe. Ideo oportet intrare penetralia domus animi tui in quibus humanorũ actuum quieſcit affectus, & ſubdit clau/de hoſtiũ tuũ, dictũ eſt ſimilitudine ad hoſtium, ſi.n. patet, fures clam intrabũt, & depredabuntur theſaurum marceſcibilẽ. ſimili ratione hoſtiũ ſpiritualis theſauri ſunt quinq; ſenſus, q. ſi reſerati fuerint, intrabunt perturbationes ſenſibiliũ rerũ, & ſpũalem theſaurũ ſubito furabuntur, perturbationes hæ ſi per oculos intrant tenebricoſã lucernã corporis tui reddent, ſin per aures, mentẽ perturbabũt, ſin per tactũ, frequentabũt animum tuum, deprimentq; ſpũs tuus inquinabitur, mens tuaq; carni ſoli ſeruiet. Claude igitur hoſtium tuum, ſint cu/ſtodes dilectio dei & proximi tui, & totum cor tuum intra te ipſum poßidebis, & non erit diuiſum, nec depredatum: ſed uiues totus in te ipſo, totus in deo, & ipſe pater: qui eſt in abſcondito, ideſt in ſuo pænuario æternarum diuitiarum reddet tibi hoc eſt tuo affectu, tua deprecatione ſeipſum cõſtituet debito/rem, & ſui theſauri participem te reddet. Sed ſi ad cõ: lonũ, & ad plebẽ erudiẽdã in aperto deprecatus fueris, nõ ut theſauri quæras plauſum, uerũ dei fauorẽ, & dei gloriam quæſieris, & in abſcondito orabis, & lucrifacies animæ tuæ, & proximo. q̃m prope eſt oĩbus inuocantibus eum, & in Mar. Scriptũ eſt quecunq; orãtes petitis, credite q accipietis, & eueniet uobis

Verum in oĩ deprecatione ut ſcripſit Paul. ad Phil. iiij. Nihil
ſolliciti ſitis, ſed in oĩ oratiõe & obſeruatione cum gratiarum
actione petitiones ueſtræ innoteſcant apud deum, tam igitur
publice, quàm priuatæ orationes ſi cum fide, ſine qua impoßibi
le eſt deo placere, & cum ſpe, erunt deo gratiſsimæ. Tutius
tamen in abſcondito, & ſuo exemplo nobis imitandum propo/
ſuit. Vt in Mar. legitur, dimiſſa turba aſcendit in montẽ ora
re. & apud Math. relictis diſcipulis ait ſedete hic, donec uadã
illuc & orem & Luc. ait. Auulſus eſt ab eis quantum iactus
lapidis. Nulla eſt meditatio libera in frequentia cætuq. mul/
tor. uulgi clamor, urbani tumultus, amicor. interpellatio, mol
lis mulieris aſpectus, cognatorũ & mortes & gaudia ita quidẽ
mentem conturbant, ut in deo totam conquieſcere haud ex uo
to ſinunt. Idem Apoſtolis præcepit, ut in Mar. ſcriptũ eſt,
uenite ſeorſum in deſertum locum, & requieſcite puſillum:
in receſſu. n. & ſi non inuenitur quies aliqua: tamen ſperatur
tranquillitas: & ſic in ſpe fruimur quod habere conamur: ac/
cidit quod tentationibus diaboli minus ſuperamur: minus leno
ciniis ſenſu flectimur: minus ad prælia carnis deſcendimus.
Ieſus diaboli tentationib. ſecretiorib. locis ſuperauit, ut nos do
ceret iiſdem in locis tutius uicturos, & de carne & ſenſib. opi
ma ſpolia reportare. Ductus eſt. n. à ſpiritu in deſerto ut tẽ
taretur à diabolo, uerum non ut uinceretur ſed ut uinceret.
Similiter in pinnaculo tẽpli & in monte altiſsimo quib. in lo/
cis ab hoĩum frequentia ſepoſitio ſpm̃ ſuperauit: in cætu ſupera/
tur eneruatur caro in receſſu: uires ſumit in congreſſu: aut. n.
imperat aut æquo marte non ſuccumbit: & ideo in Math. ſcri
ptum eſt, & tunc reliquit eum diabolus, & ecce angeli acceſ
ſerunt & miniſtrabant ei. Nec te decipiat, ut quam. plures
credid erunt,

credidérũt, quod orationes publicas interdixerit xp̃us, q̃ñ q̄dẽ
ſacerdos ut publicus miniſter ad detinendã populorũ mentẽ pu
blice deprecatur, erudit, corripit, & offert pro ſe, & pro popu
lo ut declarauit ſuo exẽplo Chriſtus. Luc. ait, diebus docebat
in tẽplo, noctibus exiens morabatur in monte, ut miniſter pu/
blicus docebat palã in tẽplo, noctu uero pro ſe ipſo & alijs de/
precabatur. Hoc eſt genus uitæ, quod ſacerdotes non mõ imi/
tari, ſed oĩ qua poſſunt diligentia perficiãt. Orãtes nolite mul
“ tum loqui, græca lectio h̃et τῆ βαττολογήσητε, quod ſi la
tine uim uerbi explicabimus inepta repetitio, cui opponitur
λαγωνισμὸσ breui loquentia, ut lacones uſi ſunt. Sic in/
epta repetitio, ut batto poeta putabatur, & non modo inanem
repetitionẽ ſed multã elocutionẽ & longas orationes deteſta/
tur, cũ dicat, cũ oratis nolite multũ loqui πολυλογεῖν. i. mul
tum dicere. Et non unũ aliud interpretatur, ſed duo reſecan
da ſignificat, & ineptã repetitionẽ, & multã & infructuoſam
orationẽ, fecit. n. dñs ſuper terrã uerbũ abreuiatũ; ut Proph.
dixit Hoc explicauit in Math. Ve uobis ſcribe & phariſei,
qui comeditis domos uiduarũ orationes longas orãtes. Iſtud eſt
quod dicit pollilogiam, non eſt orandum uerbis, ſed corde, per
Iſaiam dictũ eſt hic populus labijs me honorat, cor aũt eorum
longe eſt a me. Opera oĩa quæ ſunt ab hoĩbus propter hoĩes
geſta, mortua quidẽ & gehennã conducunt. Scriptũ eſt in Da
uid, Deus diſſipauit oſſa eorum, qui hoĩbus placẽt; & ut Hie/
“ rem. ait, facit. n. opus dñi fraudulenter. quid ad humanos ho/
“ nores deſtinant opera deo dedicanda, frequentius orandum,
ſed breuibus oratiunculis, in lõga. n. nõ durat affectus, ut ethni
“ ci faciunt, ſupra phariſeos & hypocritas in aperto orantes ar
guit, modo ethnicis multiloquiũ obijcit, non quod eodẽ crimi/

ne non laboraſſent Phariſei, ut in Math. dixit, longas facere orationes ſed magis profitebantur ſanctitatē, quā multiloquiū ob id obycit illis fictā religionē; ethnicis uero in ſplendidis orationibus ſtudium oē adhibuerunt, in appoſite ornateq; dicēdo iuuentutē exercebant, merito illos de multiloquio damnat ut diuus Auguſt notauit in lib. de ſermone dñi in monte ait, re " uera oē multiloquium a gentilibus uenit, qui exercendæ lin " guæ potius, quā mundādo animū dant operā. Et hoc ſtudy ge " nus ēt ad deū prece flectendum transferre conantur. Credunt in oratiōibus & nō mūdo corde deū flectere. Paul. docuit, non modum Corinthys ſcribens, Orabo ſpū, orabo & mente, pſal " lam ſpū: pſallā mente: ut uidelicet lingua ſermonē reſonet, & mens circa ea, que dicuntur intenta ſit, non. n. uerbis ſacrificium perficitur, Sed cor contritū & humiliatū recipit deus. Leuemus inquit Hieremi. corda noſtra cum manibus ad dñm in cælis, nolite igitur aſsimilari loquacibus, & rethoricis, ſed corde mundis quoniam in animas ſanctas ſe transfert deus, illos audit, & uocem deprecationis illorum intendit, & huius cām refert ſeruator noſter, ſcit. n. pater ueſter qd opus ſit ante q̃ petatis eū, a qbus fiunt oratiōes ſplendide & ornate, quærunt ut iudices quos allocuntur, perſuadere uera eſſe quæ dicunt orationis uirtute: qm loquntur in ſcientē, qui non intelligūt, niſi quantū ex uerbis excipiunt, ſed pater qui in cælis eſt non ipſa oratione nos cognoſcit, ſed cū ſit cordium perſcrutator, & tuæ mentis creator, quam ad ſui imaginē formauit, ab origine qualis futurus fieres, & quibus indigeres cognouit, & tua bona uoluntate, & non uerbis afficitur ornatis. Et ſic in " Math. præcepit, pia mente ſubactis ſenſibus petamus, & dabi " tur nobis. Dabit. n. deus corde mundis ſui clarā uiſionē, pulſa

te & aperietur uobis, cælum quærite, & theſauros inuenietis æternæ ſalutis. Non *opus eſt narratore cũ ſcientes precamur, ſed rogatore cum oĩpotentẽ rogamus.* Non *ſine cunctatione parum in fide ſtabiles, hæc uerba legunt.* Aiunt *ſi ab æterno me uelle uitã æternã uidit deus, nec longa: nec breui oratione precandum, cum ab æterno, quæ facienda erant ordinauit.* Non *enim mea oratione mutabitur. Scriptũ eſt. n.* Ego *deus & non mutor, quibus reſpondendum quod ab æterno cognouit deus per gratiã ſuam, & bono uſu liberarbitrij illũ ĩpetraturũ cælum, nec ita prædeſtinat, quin relinquat libertatẽ arbitrandi.* Poteſt *tamẽ ſine oratione dare cælum, uult tñ boni animi motus, ut anima ſit conueniens gratiæ receptaculum, non enim eſt aliud hominẽ eſſe deo carum, niſi aſſentiri mandatis, iſtum aſſenſum, iſtum attẽtionẽ quærit a nobis ſummus pater.* Hæc *nõ poſſunt fieri niſi te exerceas in lege dñi tota die.* Dixit *per* Luc. *Ieſus, uigilate itaq; oĩ tẽpore orantes ut digni habeamini fugere oĩa iſta, & ſtare ante filium hominis.* Vidit *deus motus mentis* Caim *malos futuros eſſe, ob id ad* Caim *& ad munera illius non reſpexit, non deſijt tñ premonere ipſum, quod ſi bene egerit, recipiet, ſin aũt male, in foribus ſtatim peccatum ſuum aderit, deditq; bene agendi modum, ſub te erit appetitus tuus, & tu dñaberis illius.* Si *non eſſet illi liberum bene & mali agere, ſtultum erat præmonere, & quod eius appetitus ſua rõ:ie ordinabatur.* Simili *modo cognouit* Adam *mandatum tranſgreſſurũ, uerum præmonuit ut cognoſceret peccatũ a ſeipſo, & nullo cogẽte fieri, quod ſicut intelligit res ſupra naturalẽ modum noſtri intellectus, ita miro ordine res diſponit, ut cum ſuo ordine ſtet arbitrãdi libertas.* Simplices *corde cuſtodit a peccato, ut* Abimelec *in ſimplicitate cordis ſui, & mũ*

r ditiā manuū ſuarum cæpit Sarrā uxorem Abraæ, dixitq; illi
" deus. Ego ſcio quod ſimplici corde feceris, īō cuſtodiui te, ne
" peccaris in me, & nō dimiſi ut tangeres eā. Nō. n. coegit deus Abimelec a tactu, ſed uidens ſuos bonos motus, cohoperatus eſt ad bonū. Similiter indurabat cor Faraonis, quia uidit malos motus Faraonis, ſi coordinaſſet hoīem ad bonum, nō eſſet actus ſuus, ſed indurauit, ideſt ſubtraxit gratiam, & ſic indurauit cor faraonis non cohoperando, ſed ſubtrahendo gratiam ab illo, quod erat minime capax. Sed hæc alias longius penſitabimus, modo pertranſeūdā diximus. Querunt ſubtiliores, cur non explicauit tēpus orationis congruum, ſed dixit cum ora
r tis, non determinans tēpus? Sunt qui putant eſſe ſine intermiſ
" ſione orandum argumento ꝙ Dauid ait, Bñdicā, omni tēpore
" ſemper laus eius in ore meo. Et a Luca hēmus, uigilate itaq;
" omni tēpore orantes. Pau. ad Theſ. ſine intermiſſiōe orate. Et in actibus apoſtolorū ſcriptum eſt. Erant apoſtoli perſeuerantes in oratione cū Maria. Dixerūt quidā ꝙ affectus debet eſſe ſemper, & nō uocalis oratio; ut ait Auguſt. ad probā, aliud eſt ſermo multus, aliud eſt diuturnus affectus, ideo non opus multa loqui, ſed ſemper; ideſt in oī tempore, in oī cogitatione & uerbo ad deū porrigantur preces cum gratiarum actione. Videtur tñ ita pro tēpore, ꝙ illa attentio duret, ſicut & uocalis oratio fortaſſe longior eſt oratio, ꝙ̃ illa attentio. Sunt ꝗ dicunt, ꝙ ſemper deum laudamus in oī opere bono, & iuſtus quicquid operatur eſt dei laus qm̃ eſt bonum & iuſtum opus. Quibus non conſentio, per orationē modo nō opus, ſed ipſam attentionem, & mentis ut dicunt eleuationem intelligimus an iſta poteſt eſſe continua & ſine intermiſſione? & ſi de oratione explicata uoce quæ uocalis dicitur intelligimus? nec iſta eſt

in oi opere bono, neq; oē opus bonum eſt oratio uocalis. Amplī us ſi laudare deū ſemper eſſet in ore noſtro, horas matutinas non eligeret, & nocturnas. Propheta; Congruas horas ad deū contēplandū, ait ps. 7 o. Meditatus ſum in nocte corde meo, & ſcopebam ſpm̄ meum. Similiter diluculo orandum affirmat ps. 1 1 8. Preualuerunt oculi mei ad te diluculo, ut meditarer eloquia tua. media nocte ſurgebā ad confitendum tibi. Cōſonū ſcripturis expedit dicere, ꝙ opera fidei alia ad actionē, alia ad contemplationē pertinent, quæ ad contemplationē pertinent oīa ſunt cum dei laude, cum nihil aliud eſt, niſi eleuatio cordis ad deum. Ait Hieremias ſedebit ſolitarius & tacebit, quia leuauit ſe ſuper ſe, & iſta mentis attentio actioni non poteſt eſſe oī tēpore comes, ſed iſte actus dimittitur per actionem. Et ſic non oī tēpore nec meditatione nec ore deum laudamus, nec predicationibus & uerbo dei inherebunt. Aperte diuus Lucas in actibus apoſtolorum explicat Ca. 6. Duodecim diſcipuli conuocata multitudine dixerunt, non eſt æquum nos derelinquere uerbum dei, & miniſtrare menſis. Conſiderate ergo fratres uiros ex uobis boni teſtimonij ſeptē plenos ſpū, & ſapientia, quos conſtituamus ſuper hoc opus, nos uero orationi & miniſterio uerbi inſtantes erimus. Hinc explicatur non ſemper orationi qui faciunt ponſunt inſiſtere. Et qui docēt & orant non poſſunt operari, quamuis in diſcipulo chriſti utrūq; apparet, qm̄ magiſter cœpit facere & docere. Illi aūt, qui orationibus & contēplationi incumbunt die ac nocte. Et de iſtis uerum eſt ꝙ ſemper aut affectu, aut ore deum colere & uenerari. Nec de uno intellexit Pau. cū dixit ſine intermiſſione orare hoc dicit ad totā eccleſiā & ſanctus Baſilius hunc ordinem dereliquit ut ſemper aliquis precibus incumberet. Qui uero

miniſterio dant operā & ſi non ſit uiuus affectus, eſt tn̄ promptus animus cū parum ſecedit. Accedere ad cor altum ut David dixit 63. Et exaltabitur deus, & rapietur ad celum, uidebit quæ deſiderarunt patres noſtri, ut ſcripſit David. Quis mihi tribuat ut cognoſcam & inueniam illum, & ueniam uſq; ad ſoliū eius? Hinc perfectiorē partē madalenā determinaſſe Chriſtus affirmauit quæ non auferetur ab ea. In miniſterio uero accidunt turbationes mute, quæ a ſummi boni cognitione retardant. Dicimus oī tēpore orandum, non q̄ in ſomno: & in multis ſit orandum, ſed oī tempore, & non ſabatis tm̄, nec ſtatutis diebus & horis, ſed cū a miniſterio & operibus uacamus oī hora & tēpore indiſcrete ſint noſtre preces ad deum cū gratiarum actione. Nec errorē illorum ſectabimur, qui tēpla uolunt orationibus congrua. O inexperti uerbi magiſtri, uult te orare in conclaui tuo, & ubiq; ubi cor deum quærit, ubiq; deus, ut democritus aiebat. Fiunt templa ad cōes orationes, ſed cor tuum templum Chriſti eſt, quod eſt illud penuariū, ubi patrē uenerari nos oportet.

PATER. *Iouē patrē antiqui dixerunt, ut Home.* ζεύσ
" τ' πατὴρ *nomē religionis, mō nō ſolū religionis, ſed amoris. In ueteri lege dicebatur dn̄s ultionū; erat quidem timoris, qm̄ adhuc in filiorū ordinem non eramus aſcripti. Quod aūt pater ſit amoris, & dn̄s timoris, explicat Malachias. ca. 1. Fili*
" *us honorat patrem ſuū, & ſeruus dn̄m ſuum, ſi ergo ego pater ſum, ubi eſt honor meus? ſi dn̄s, ubi eſt timor meus? Cum primū emicuit lux Chriſti & filios dei fieri fecit his qui credunt in noīe Chriſti; patrē deprecamur, qm̄ non ſolum a generando, ſed ēt a conſeruādo dicitur* παῖδας τηρῶν *i. ex ſe genitos ſeruans, qui uero mandata non ſeruant, illorum nō eſt*

pater deus, & in aduerſis patrem fautorem habere non exqui
rant, fit.n.pater noſter per fidem, qua regenerati, & in filios
numerati, ut Pau.*ait.* Nō *dico uos ſeruos ſed filios, & ſi aliqñ*
" *nobis ſeruitutē tribuat* Pau.*non coacti, ſed ſummo amore q*
mandatis chriſti ſe ſummittit, & eſt libera & plena amoris ſer
uitus, mundi libertates ſunt ſeruitutes peccati. Igitur Chriſti
diſcipulus, patrem non dñm orat, cui iam ſe fecit filiū fide &
dilectione: ab eodē amoris premia expectans noīe patris depre
catur & orat. Hēt.*n.pater non ſolum gñare ſui ſimilem ; ſed*
conſeruare, & in oībus preſto eſſe. Deus *formauit hominem*
ad ſimilitudinem: oportet ut conſeruet in dilectione & amore
& quæ expediunt, & offm̄ patris non fugiunt filiȷ̈s condonan
da ſunt, ſunt aūt ad ipſum patrē celeſtem pertinentia oīa, quæ
docet xp̄us in hac oratiōe, & hac rōne dixit. NOSTER
non opere creationis & gñationis tum ēt non noſter id eſt ho/
minū, ſed noſter fide factus pater, ueritas græca ημῶν *no/*
ſtrum: uel noſtrorum, & ſic non oīum ſed credentium pater,
aliorum dñs, & male actæ uitæ ultor, ut maiorem cū nobis co
gnationē deſignet latini dixerunt noſter, & in ueteri lege di/
ctum eſt: deus noſter, deus ueſter. Cum *populū ſuum ab aliȷ̈s*
diſcriminauit circūciſione præputiȷ̈, nos uero ab aliȷ̈s diſiunxit
non præputiȷ̈ circūciſione, ſed cordis. Ait Pau.Circumcimi/
ni præputium cordis ueſtri, & hi ſunt, qui chriſtum ſequuntur:
" *& fide uiuūt.* Iuſtus.*n.ex fide uiuit.* Iſte *eſt de quo* Eſaias; Tu
" *dñe pater noſter, & redemptor noſter, a ſeculo nomē tuum, &*
iſte eſt oīum credentiū amande tremebundeq; pater, ut Home.
dixit, non iȷ̈s mō circumciſis, ſed credentibus: quia circumciſio
eſt in preputio patris noſtri Abrae *quaſi nō carnalis natiuitas*
ſed magis morum imitatio filios nos facit eſſe dei & ſanctorū,

a quibus ueſtigia & mādata, nobis imitanda prepoſita ſunt. nec
dicitur meus in oratiōe ſed noſter, ſed noſter. Cum oēs fideles
una fide quaſi uno eſſe & una ſpe uiuant pro oībus expetimus
quod pro uno expetere debemus, & ſic opera caritatis & fidei
uiuæ cōia eſſe debēt. In ueteri lege compellebantur ad petitio/
nes neceſſitate, infortunio, & aliquo paſſi detrimento, noſtre
cum ex ſumma dilectione cōes, & non proprie & coacte, ſolus
Chriſtus habet dicere patrē meum, cū ſit illi natura filius, nos
per adoptionem neq; huic propoſito ingerenda eſt queſtio illa,
q̄ a latinis diſputatur an eadem ſit filiatio, ut eorum uerbis uta
mur, noſtra & uerbi diuini nā maiorē expoſtulat ꝑſcrutiōnē.
QVI ES IN CELIS Non eſt in loco diffinitus, cæ
li cælorum te capere non poſſunt. Ait Salamon: ubiq; eſt dn̄s
Ait Dauid 138. quo ibo a ſpū tuo, & quo a facie tua fugiā
ſi aſcendero in cælum, tu illic es, ſi deſcendero in infernum
ades, ſi ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in ex/
tremis maris, etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit
me dextera tua. Vbiq; igitur deus eſt. Philoſophi, qbus datum
eſt, & eorum munus precipuū eſt diuina, per ea, quæ ſenſibus
nota ſunt, cognoſcere, aſſerunt & gētes oēs qbus de deo aliqua
opinio eſt, affirmant cælum locū deorū eſſe duplici rōne, qua/
rum prima, qm̄ effectus primus ſenſibilis, lumen eſt, & motus
in loco, a cælo eſt, amplius qm̄ corpus eſt ab oī labe defecatum
& corruptiōi minime obnoxiū, quibus aſtipulatur Dauid, dn̄s
parauit in cælo ſedē ſuā. Salamon in dedicatione tēpli in ſplē
dida illa oratione non ſemel dei habitaculum cælum affirma/
uit, exaudies in loco habitaculi tui in cælo, Et paulo poſt, in
cælo in loco habitationis tuæ. Hinc explicatum habemus qua
re dixit: qui in cælis es. Arbitrantur alij illud eſſe dictū, qui

es in cælis,

es in cælis, ut cognoſcamus quod non terrenũ patrẽ depre‑camur, ſed cæleſtẽ. Dicere poſſumus, q es in cælis, hoc eſt, o pater, q es in theſauro æternarũ diuitiarũ. Scriptũ eſt in Deuter. quod deus illis ambulantibus iuxta uias ſuas dñs theſarũ ſuum optimũ aperuit cælum. Hoc igitur mõ intelli gemus nos q paupertatẽ gratiæ laboramus, q indigemus di/uitijs ſpũs ad te patrem ſummis precibus eleuatiſq; manibus petimus, q es in cælis. i. in diuitijs ineffabilibus: in theſauris inmarceſſibilibus ut nobis lætiſſima fronte cõdones ea quæ petimus. Conatur magiſter Ieſus xp̃us ut hoĩes congregans theſauros in cælis, utraq; interpretatio littere reſpondet.

SANCTIFICETVR NOMEN TVVM. Sanctificare eſt colere. unde Cicero libro primo de natura deorũ. ſanctitas eſt ſcientia colendorũ deorũ. Alij colebant deos ſacrifitijs, quidã odoribus pleriq; himnis; cultus aũt credendũ eſt corde puro ſanctificare. Petrus epiſtola pria precepit, dñm aũt Chriſtum ſacrificate in cordibus ue ſtris, & ſic ſanctificetur. i. cordibus fidelium colatur, & ue/neretur nomen tuum ſub hoc in cohabitamus cælum & nõ colantur dij alieni & mendaces. Tranſlatum eſt hoc nomen ſanctificare ad illa, quæ ad diuinos cultus mundaſe ruamus. Vnde Moyſes, ſanctificauit tabernaculũ ſuum, & deus benedixit die ſeptimo, & ſanctificauit illum. In exodo ſcriptũ eſt ego dñs q ſanctifico uos, qm̃ facio uos puros ut deum co/latis. In Leuit. ait dñs, ſanctificamini, & eſtote ſancti, quia ego ſanctus ſum dñs deus. In Deut. legitur, quicqd eſt ſexus maſculini, ſanctificabitis dño deo. Sanctificetur igitur oẽ, quod ad dei cultum ordinatur. Nomen aũt patris ſancti ficetur in cordibus noſtris, qm̃ templi dei ſumus, & ſpũs habitat in nobis, ut ait Apoſto. in ueteri lege ſanctificabatur

nomen dñi, nomen patris ſanctificabatur in filijs, qui bñdi-
cunt nomen dñi.i. patris æterni, effectu potius quam ornatis
orationbus. Hinc eſſe primã petitionẽ dicunt, ut a deo ſit no
bis datũ poſſe ſanctificare.i. cognoſcere, & illi fide inherere
& confidere ſoli deo, & iſte eſt uerus dei cultus credere in
deum patrẽ oĩpotentẽ. Petit ut oẽs ſperent in eo, & illi ſoli
confidant, & hinc tollitur dubitatio quare dñs & magiſter
noſter inter ea quæ a deo erãt in iſta oratione expetenda pri
mũ querimus ut nomen domini ſanctificetur, qm̃ alia non
eſſent iure expetenda niſi prius nomen dei ſanctificaretur.
Quõo panẽ quotidianũ habebimus ſi nomen dantis non co-
leretur? Quõo legitime nos ſeruando a malo expetemus, ſi
non præfuit dei reuerentia? ex diuino cultu oĩa ueniunt, oĩa
adicientur uobis ſi patrẽ colitis. Et uide xp̃i laconiſmũ in
hoc uno uerbo ſanctificetur nomen tuum, tria illa præcepta
decalogi implicantur. Primũ non habebis deos alienos, ſed
nomen dñi ſanctificatur, qui eſt in cælis, iſte eſt deus uiuus;
de quo. S. Petrus xp̃o r̃ndens ait. Tu es xp̃us filius dei uiui.
Nec aſſumes nomẽ dñi in uanũ, & ſanctificabis ſabata, quæ
ad nomen dñi ſanctificandũ deputãtur; ſignificat adhuc iſta
petitio ut deus ab oĩ lapſu defendat quin nos a diuino cultu
diabolus diuertit, noſtra quidem infirmitate, & proprijs ope-
ribus haud poſſumus effugere, oportet quod ſit gratia præ-
ueniens, ipſe pater opere pretium eſt ut in adiutoriũ noſtrũ
intendat; ita nos diſponere oportet ut te nomenq; tuũ in oĩ-
bus ſeculis ſanctificetur, potiſſimũ quod huic ſanctificationi
aduerſatur eſt idolatria, habere deos alienos & non ſanctifi
care nomen dei ueri & uiui, q oĩbus uiuere & eſſe præſtat
in Lucæ dictum eſt, qui negauerit me coram hominibus.
negabitur coram angelis. Dubitarunt alij quare dixit ſan-
ctificetur nomen tuũ, & non ſanctificeris? in Pſalmo octa

no, ait David, quam admirabile eſt nomen tuum in uni/
uerſa terra. Hebrei ꝑ nomen intelligunt ipſm deũ & eſſen/
tiã ſuã, & ſic ꝑ nomen tuũ.i.tu pater ſanctificeris. Ego uero
aliter ſentio, cũ diuina noĩa sũmantur aut ab ipſa eſſentia,
aut a ꝑſonis, aut tertio ab operibus dico quod ꝑ nomen hic in
telligit illud, quod ab ipſa eſſentia ſumitur, & eſt nomẽ tri
nitatis, quod eſt illud nomen in ueteri lege figuratũ nomen
quattuor litterarũ, & ſic intelligemus ſanctificetur nomen
tuũ.i.nomẽ patris filij & ſp̃ũs ſancti & eſt totius trinitatis.

ADVENIAT REGNVM TVVM.

Veritas græca habet ελθετωη Βασιλεια σȣ. ueniat re/
gnũ tuũ. Prima editio hẽt adueniat, quod apud græcos eſt ad
me ueniat. Ad nos ueniat regnũ tuũ, hac forte rõne primus
interpres dixit adueniat, & hoc non nature neceſſitate, qm̃ il
lud a patre non erat petendũ, quod ui nature acceſſiſſet. Sed
libere, & ſumma dilectione nos illius faciat ꝑticipes. Si nos
deum toto corde laudamus, & nomen altiſſimi ꝑpetuis pre/
cibus ueneramus ſine cuntatione petendũ eſt ut ſui regni fa
ciat nos participes. Bonus latro firmã ſpem in xp̃o poſuerat
auſus eſt, ut in Lucã ſcribitur, dñe memento mei dum fue/
ris in regnũ tuum; & hoc explicans, Ieſus ait, hodie mecum
eris in paradiſo, ubi uoluptas eſt ſine fine, & oẽ bonum, &
cap. 12. præcepit xp̃us primũ quærite regnũ dei. Cum in
nullo alio, niſi in xp̃o ſperatis; quærite primo eius regnum,
& non mundi regna, nõ potentias ſæculi, dixit magiſter ui
tæ xp̃us, regnum meũ non eſt de hoc mundo. Qui aũt dei
& patris cæleſtis regnum quærit, non mundana, ſed diuina
deſiderat, & ꝗ iſta totis uiribus amat, oĩa illi adiciuntur a
patre luminũ, & credentibus placuit dare regnum pacis &
ſalutis æterne, dixit ob id regnũ tuum, eſt illi ꝑ naturã, no/

bis dilectione datū. Non ſunt ſua mundi regna, quī ſuū hāt principē. Princeps mundi huius uenit, & in me nō hēt quicquam. Dubitant & parū rōnabiliter, cū regnū dei ſemper fuit, ſemperq; erit, ad quid mō oramus ut ueniat? ſed per ipſam interpretationē proxime dictā patet ſolutio ut nobis accedat regnū. idest gloria patris, quā piæ mentes ſine intermiſſime deſiderant. Nec illorū ſententie accedo, qui uolunt ut pro malis punitiones, & pro bonis iuſtificationē & gloriā, adueniat regnū tuū. i. accedat gloria & punitio. Nō admodū aſſentior, eſt hæc deprecatio ab ipſa dilectiōe, & ab ipſa fide uiua & ut dicūt latini firmata oībus uult quod uni uult, & cēs uult ut glorie & felicitatis ſint participes, qm̄ uult oēs ſaluos fieri dñs, depcatur igitur ut ita ſuo pſidio tueamur, ut oībus ſuū regnū accedat, & hæc, quę a deo pollicētur, oībus proueniat.

FIAT VOLVNTAS TVA, γενηθήτω τὸ θέλημα σου Non nulli hanc tertiā petitionē cum antecedēti nectit, quāuis rogamus ut nobis pſto ſit tua gloria, tñ non ut nos deſideramus, ſed fiat uoluntas tua, quod mihi nō admodū placuit, ſed eſt tertiū, quod expetendum eſt abſolutū, tua uoluntas .i. tuū placitū ſumme rōnabile. i. illi qui terrā colunt & mundū hunc ſenſibilē, eorū placita, ita tue accedant uoluntatis ſicut & cæli accole nihil expetunt, niſi quod a te añ ſecula ſtatutum fuerit. uſus eſt θέλητα quod eſt uoluntas cum rōne, ut Ciceroni placet in. 4. qōnū tuſculanarū, nolo tñ ut parū eruditi allucinētur, qm̄ dixit uolūtas, & nō id, quod uult idē eſt i deo, uelle & uolūtas, nō. n. potētia ab actu ſecernitur. idē eſt eſſe & poſſe ut philoſophis placuit, in ſcriptura ſimili accipiendū eſt abſolutum pro concreto, uoluntas pro uolita, & iuſticia pro iuſta. Scriptū eſt, qui mādata patris ſeruat: ille facit uoluntatē dei. Ait xp̄us in

Math. 7. nō oīs q̄ dicit dn̄e dn̄e intrabit in regnum cælorū. ſed q̄ facit uoluntatē patris mei, q in cælis eſt, ipſe intrabit in regnū cælorū. S. Io. mens cibus eſt, ut faciā uoluntatē eius, q miſit me, & ca. 8. ſcripſit, ſi qs dei cultor eſt, & uoluntatē eius facit, hunc ex audit, & hoc pacto intelligimus, fiat uoluntas tua. i. ea faciamus, & operemur, ea dicamus, & illa cogitemus, quæ nos facere prece pißi dicere & cogitare, & q hæc abſoluunt non ex uiri uoluntate in lucē prodiere, ſed ex deo ſunt nati. i. ex ſua uoluntate, qm̄ ope/rantur oīa, quæ præcepit magiſter oīum uirtutū, & hos pater ex audit, & ſui regni facit heredes, & quæ hic docuit optatus eſt Pa/trē Ieſus orans. Non ut mea uoluntas, ſed ut tua. i. fiat ut preor/dinaſti añ oīa ſecula. docuit nos ut oīa, que iuſte oramus & uehe menter petimus nobis prouenīāt non ad menſurā noſtri affectus, ſed tue uoluntatis placito menſurentur.

PANEM NOSTRVM COTIDIA/NVM, E finxit hoīem pater optimus ad ſui imaginē, ſibiq; ſi milē formauit, uerū ex limo terre, tō ſortitur duas partes cæleſtem & terreā, Primum quærēdum quæ patris ſunt & cælica qm̄ eius ſimulacrum eſt, poſtmodum terrena & quæ ſunt pro uitæ huius infirmitate ſumme neceſſaria. Hinc nobis clarum fiet quare primo quærēdum eſt ſanctificare nomen, & regnum ſuum expetere, & quæ præcepit abſoluere. mō panē quærit, qm̄ eſt pro uite neceßita te dum in terra degimus, non ut terrenis ſeruiamus perturbationi bus: ſed ad laudandū deum, & p̄cepta ſua ſeruanda paulo uegetio res ſimus. Sed res in ambiguo eſt de quo pane ītelligere debemus. In ſcriptura trifarie panē accepimus. Ioan. pro xp̄o explicauit acci piendum, ego ſum panis: q de cælo deſcendi. & pro diuinis p̄ceptis, ſcriptum eſt non ſolum de pane materiali uiuit hō, ſed de oī uerbo, quod procedit ex ore dei: eſt. n. p̄ceptum panis uite q credit in me nō morietur in æternum. Interpres de pane. i. de xp̄o, q ſub ſpēbus

panis nobis exhibetur & uocant panē angelorum: & hoc accedit uerbo, quod ſequitur, qm̄ græce non ſcribitur cotidianum, ſed ἐπιούσιον *ſup ſubſtantialē, adducunt & rōnē: ſi regnū dei quærebamus prius, panē.i.cibum non oportebat quærere.* In Luca hē*mus, primū quærite regnum dei, & oīa adicientur uobis, ſi regnū nobis uenire quærebamus, oīa ueniunt cum illo: non igitur oportet iſtum noſtrū panē quærere.* Huic *interp̄tationi minime aſſentior, nec rō cogit, nā ſi oīa ut ais accedunt p̄rīe & ſecunde petitioni, ſeq tur ut ēt deus ſub ſp̄ēbus panis ueniret ad primā petitionē, nec ad hoc facit uerbum ſubſtantialē. nec aſſentior illis q dicunt de p̄ce/ ptis panē accip:ēdum eſſe imo potiori rōne negāda eſt hæc expoſi/ tio nā ſi dum in hac ſumus p̄egrinatione nobis deus eſcas dedit ut uiuamus cū xp̄o, & ſeruemus mandata, quæ ſunt ſua uoluntas, re pletio iniocunda & ſupflua mea qdē ſñia fuiſſet, exponendum igi/ tur, panē noſtrum pro cibo, & illud* ἐπιούσιον *non ſup ſubſtan tialē nec ſup eſſentialē, ſed melius quod unicuiq; ſubſtantie cōue/ nit, ac ſi diceret da nobis panē unicuiq; congruentē & hoc inter/ pres uoluit cum dixit panē noſtrum cotidianum, eſt.n. panis cibus oībus cōis, & non certis diebus certiſq; horis expetēdum, ſed co/ tidie, cibaria cætera aut non expetēda, aut non oībus cōia, aut non ſingulis diebus pro alimēto neceſſaria, accedit illud quod dixit no ſtrum.i. non panē cæleſtē quo ſaturauit oēs in deſerto, ſed panē co tidianum. Ille eſt panis non cotidianus nec noſter.i. quod noſtra in duſtria fit, illo pane cæleſti ſaturati ſunt patres noſtri, ut* David *77. pluit illis māna ad mādůcandum, & panē cæli dedit eis, panē angelorum manducauit homo, & ps.* 104. *Petierunt & uenit* Coturnix, *& pane cæli ſaturauit eos:*

DA NOBIS HODIE, *i. concede nobis cum non ualea mus aliqd facere opa noſtra ſed oīa accipimus a te, aues non ſemi/ nant: & tñ tu das illis eſcā oportuno tp̄e, ſic nobis concede pro die-*

preſ. uti nutrimẽtum; non panem pro anno petimus, & pro nō munitiones petimus, illi qui anxie hæc quærunt, & omnem ſtudium, omnem operam rei frumentarie impendunt, ne illis deficiat implent borrea cellaria, muniunt ſe ut alimentis abun/dent, tales non in deo ſpem omnem ponunt, ſed credunt ſue induſtrie, credunt deum nihil ad uitam facere: ſed longa uia errant, quoniam munitas arces aperit, & non munitas cuſtodit. nolite cogitare de craſtino ſed quærite ut hodie det nobis eſcā. fruſtra laboramus ad cuſtodiendam domum, ad paranda nobis alimenta, ſed ipſe qui fecit nos paſcet nos, nutriet nos, quæ pa/rauit auarus uenena & non cibaria ſunt ſi in deum non cre/dit. iacta cogitatum tuum in domino & ipſe nutriet, oīa nobis adiicientur ſi deum quærimus, ſi eius uoluntatem ſectamur ſi prima hora diei deum petimus: primo laudabimus ex omnibus quæ fecit, & illum poſtea omni perturbatiōe animī rogabimus ut cōcedat nobis neceſſaria pro traducēda uita, nec ſentiamus infeliciter egeſtatem, ut pauperes uiduę pupillis & quibus mi/nus datum eſt commode uiuere poſſint uiuere, iſtud docet quærere cum dicis panem noſtrum cotidianum da nobis hodie, non tantum pro pauperibus, ſed pro illis qui non uolent quære. i. omnibus concedas neceſſariam eſcam, ne egeſtate laborent. Et ſi alibi dictum eſt in ſudore uultus tui uſceris pane tuo, uidetur noſtra ope querendum, ſed non hoc uoluit deus, ut noſtre induſtrie ſpem ponamus, uoluit non furto uſuris uiuamus ſed panem tuis laboribus partum comedes iuſte quæſitum, & non malis artibus illum adipiſcaris, hoc tamē ad penam adæ fuit datum a deo, ut in laboribus panem & omne alimentum comederet, ſed omne donum nobis & omniſ uita nobis data eſt a patre luminum, qui eſurientes paſcit & pauperes implet affluenter omnibus bonis.

DIMITTE NOBIS DEBITA NO-
STRA; *Cum deum tota mente colimus, ipſe omnia quæ*
iuſte petimus dabit affluenter, & primo dabit incomparabile
bonum, & eſt regni ſui partem, dabit ut commode uiuamus,
eſcam, poſtremo ueniam delictorum concedit, qui quærunt re
gnum dei primo, & poſtmodum ut uiuant, male actæ uitæ peni
tebunt, & qui dolent de malis & ſpem in deo ponunt intendũt
non redendum ad illa perpatranda, tales poſſunt quærere, di/
mitte nobis debita noſtra ideſt concede ueniam debitorum ideſt
delictorum, Et tu remiſiſti impietatem peccati mei, græca ue
ritas habet καὶ ἄφεσ ημιν τὰ οφειλήματα ἡμων, *Anti/*
quus interpres dimitte, alij remitte nobis. Dimittere *peccato/*
rem eſt libertate donari, quoniam peccator ſeruus eſt peccati,
& liberare ab omni culpa, & in numeri filiorum aſcribere, &
non ſeruorum, remittere eſt magis ad animum relaxatio: &
in hoc non eſt laborandum, & dimittere & remittere dicere
poſſumus, alibi dimittuntur & remittuntur tibi peccata mul/
ta, quia credidiſti multum, & ſubdit debita noſtra, omnes intel
ligunt peccata noſtra per uerba, quæ ſemper declarant debita
peccata intelligendum, ſi enim dimiſeritis hominibus peccata
eorum, dimittet & uobis pater ueſter cæleſtis delicta ueſtra,
ſi non dimiſeritis peccata, nec pater ueſter dimittet peccata ue/
ſtra, ſed quid eſt quod peccatũ debitum appelletur: ſunt qui
uolunt ob id eſſe dictum peccatum debitum, quoniã debemus
deo quod iure naturæ illi debetur, & eſt quod ſua uoluntas a
nobis ſeruetur, & noſtre preferatur, & ſic ſumus debitores
illius honoris cum peccamus, quoniam de iure debemus, ſe/
cundum ſimilitudinẽ illud eſſe dictum autumo, qui enim alie/
no ære premuntur, debent, ſic cum peccamus alieno ære conſu/
mo. Eſt enim alienũ es iuſtitia, quæ data eſt animis noſtris: quæ

per peccatum

per peccatum premimur: & facit nobis mutuo data ut lucri faceremus, dictum eſt, quinq; talẽta tradidiſti mihi: ecce alia quinq; ſuperlucratus ſum, iſte non conſumpſit pecuniã mutuo datam, ſuper lucratus eſt dedit nobis pater liberum arbitrium, ut per illum lucremur, & non niſi poſtmodum rationem reddituri quomodo in prouintiam geſſimus ideſt uſi fuimus noſtra libertate mutuo data, & ſic ait ſimile eſt regnum cælorũ regi, qui uoluit rationem petere cum ſeruis ſuis, eſt enim peccatum preuaricatio legis diuine, & celeſtium in obedientia mãdatorum, quod nos debemus eſt per liberum arbitrium mandata ſeruare, qui igitur non ſeruat mãdata debitor eſt illius obſeruantiæ, & niſi ieiunio & precibus deleat de commiſſis non abſoluitur a debito, & ſi in illo perfidia perſtiterit, mittetur in carcerem & in tenebras exteriores: ibiq; ſine fine luet penas. Dimitte nobis *id eſt liberos nos facias a ſeruitute culpæ, cui ſumus obnoxij, & remitte penam & culpam, cui obligamur pro delictis commiſſis, eſt enim lex carnis nobis data, quæ auertit a bono & ad mala lubricos reddit, ille non peccat, qui ex deo eſt, ut Ioannes docet, qui natus eſt ex deo non peccat, quia ſemen dei manet apud illum, qui eſt ex deo, non habet debitum quoniam ſoluit talentum, quod debet, & non modo quod debet, ſed ſuperlucratur, uerum qui aliena detinet, uindictas cogitat, in peccatis diu noctuq; uerſatur non poteſt libertatem quærere, ſed illi, qui dimittunt debita proximi ſui ob id addit*

SICVT ET NOS DIMITTIMVS DEBITORIBVS NOSTRIS. *Antiquũ codicem romæ uidi, & habebat dimittimus, & melius ſonat. qui iniurias non remittit non remittetur ei, beati miſericor*

des, quoniam miſericordiam conſequentur, dico enim uobis diligite inimicos ueſtros, & benefacite illis, qui oderunt uos quomodo tuam orationem deo offeres, quæ eſt munus cordis tui, niſi prius cum proximo tuo ſit parta quies animi tui, ex plicat in Mathica. 5. *ſi offers munus tuum ad altare & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & uade prius & re conciliare fratri tuo, & tunc ueniens offers munus tuum.* Oratione *nō poſſumus quærere relaxationes debiti, niſi & dimittamus noſtris debitoribus ideſt qui in nos peccarunt de bita eorum.* Ait *ſanctus* Ioannes, *orate pro inuicem, & ne aliud faciamus proximo, quod nobis ipſis haud fieri uolu/ mus.* Eſt *enim chriſti pietas non modo deum uelle, ſed proxi mo auxilium ferre, hinc plura ſunt a magiſtro ſignificata, primum ꝙ nullus dimittit peccata niſi pater, & qui nomine patris miniſtrat.* Admirabātur *phariſei, quis eſt iſte qui re mittit peccata? ſciebant autem ꝙ nullus preter deum, uel qui dei uicem gerit, hæc facit, aliud cōtra illas hereſes habemus quod poſt baptiſmum datur peccatorum remiſſio, aliter uana eſſet petitio, ſi fieri nequaꝗ̄ poſſet.* Amplius *ſequitur ꝙ ex nobis ipſis non poterimus ſatisfacere debita, niſi ueniat a pa/ tre auxilium, & dicendum eſt, dimitte pientiſſime pater de licta noſtra, quoniam non poſſumus in tui gratiam redire, niſi tua bonitate & miſericordia nos in tuo tabernaculo, in tuam gratiam recipias & non niſi tuis lacbrimis interce dentibus, quæ lauant delictum non quæ foris apparent, ſed quæ intus pululant, quæ foris ſunt lauant faciem quæ intus cor mundāt a delicto.* In *gratiam redis, ſi quæ debes reddes non ſolum ſi donas debita, quæ tibi debentur.* Diues *cū fue*

ris debes pauperi elemoſinam, ſi ſapientia præditus inſcien tibus. Ait apoſtolus debitor ſum ſcientibus & inſcientibus, ſi medicus, debes infirmo tuam operam, ſi potens impotenti debes, ſed ſeruator noſter ſolum de tuis debitis quæ debito res tibi debēt loquitur. Sed ſoluere debita tua creditoribus iſtud ex caritate eſt, & ſumma perfectione, aut dicamus q debitor eſt proximus qui nocet ſed preſupponit noſtris credi toribus dare debita noſtra, ſolum de illo quod ad perfectio nem facit, uerba facit, ſed de alio tacet quoniā ethnici etiam faciunt amicis elargiri, ſed quod Chriſti imitator facit eſt inimicis benefacere, & melius ſonat dimiſimus, quoniam ma giſter uoluit ut prius reconcilietur fratri & poſtea offerat munus, prius oportet deſecare animum, poſtea uero bona re cipere.

ET NE NOS INDVCAS IN TENTATIONEM, *Communis expoſitio eſt, ne permit tas ut inducamur in tentationem. Alij ſunt qui dicunt ne in feras in tentationem, ſed illud* εἰσενέγκῃς, *intus ducere ſonat ꝫ uidetur uim quandam ſignificare, ut in* Gene. *cap. 6. Ecce ego inducam aquas. & cap. 10. induxiſti ſuper me & populum meum.* In Exodo *cap. 10. Cras inducam locuſtas & cap. 16. induxit uentum currentem, cur induxiſti nos in deſertum, & .ij. regum. Inducam mala ſuper domum, & inducam mala ſuper hieruſalem. &* in Hieremia, *induc ſu per nos diem afflictionis. accipitur cum indignatione & ira Exponerē igitur ne inducas ideſt ne indures corda noſtra. & nobis ita iraſcaris, ut tradamus in deſideria carnis. nihil eſt autem tentare, niſi experiri irritamēta carnis, & ne tra das in reprobum ſenſum noſtrum, ſed auxilium des, ut om*

nibus carnis illecebris fortiter reſiſtamus, quoniam ſine te nihil facimus ne facere poſſumus, nec facere bonum ſine te, nec malum diuertere, fac nobis domine ut in Abimelech, quem continuiſti ne in adulterium & fornicationem Sare incidiſſet ſed cum tentationũ genera duo ſunt, aut a deo ten tamur, ut probemur, aut a carne & diabolo ut peccemus, tentauit Abraam ut experiretur incredibilem illius obediẽ tiam, ſed caro tentat nos, mundus allicit, diabolus inſidia tur, iſte tres tentationes nõ ut noſtra appareat uirtus, ſed ut omnis deleatur bonitas unus finis eſt mors, ſanctus Iacobus epiſtola prima deus intentator malorum eſt, ipſe neminem tentat ad malum, unuſquiſq; tentatur a concupiſcentia ſua abſtractus & intellectus. Deinde cum concupiſcentia con ceperit parit peccatum, peccatum cum conſumatum fuerit, parit mortem. Tentatio igitur dei eſt ad bonum examinan dum. Examinaſti me igne inqt Dauid & probaſti me, hæc eſt dei tentatio, carnis, mundi, diaboli ad mortem pellit. Cũ igitur due ſint tentationes, dubium eſt an intelligatur oratio de omni tentatione uel de tentatione carnis & diaboli quæ eſt ad nequitiam? nos ĩ expoſuimus de mala tentatione, poteſt & non imperite de unaquaq; tentatione intelligi ne intẽta tionem inducas, cum noſtra imbecillitas non patitur igne ex aminari, ſed forte ſuccumbet, nec permittas ut a mundo, a carne & a diabolo tentemur, quoniam ſine te non pugnabi mus, ſed uictor erit mundus & caro. Sed forte dices an ten tatio ſit omnibus communis? dicendum eſſe in tota uita Ait ſanctus Iob. 7. tentatio eſt uita hominis ſuper terrã, qui re ligioſius uitam inſtituit maiorem inuidiam diaboli ſuſtinet, magis tentatur, non abſoluitur a tentatione homo dũ uiuit.

In Eccleſiaſtico. 2. ſcribitur filia accedens ad ſeruitutem dei ſta in iuſtitia & timore & prepara animam tuam ad tenta/tionem. Tentare Chriſtum auſit diabolus, non continuit ſe ut non tentaret apoſtolos, Iudam uicit auaritiam; Petrum timor agitauit, filios Zebedei honoris appetitio; quoſdã chriſti reſurrectionis tentauit ambiguitas, ex omnibus unus Iuda perit, cum ueniam deſperaſſet. Cæteris domini miſericordia ſubuenit. Iſtud a deo petitur ne inducas in tentationem & intra uires trium tyrannorum derelinquas, ſed ut quemadmodum timor Petri conuerſus eſt in audaciam etiã con/tra ſeuiſſimos tyrannos, & contentionem filiorum Zebedei conuertit in concordiam; & dubitationem illorum in fidei firmitate, ſic nos liberes a malo, & hoc ultimo ſubdit.

SED LIBERA NOS A MALO, *ſicut precabamur ne inducas in tentationem, eadem cauſa cum diuertere a malo minime nos ipſi ualemus; tua miſericor/dia libera nos a malo ideſt liberos nos reddas a diaboli ſeruitute ut Chriſoſtomus exponit, uel libera nos a malo, ad quod ipſa tentatio inducit: tentatio probans inducit ad ma/lum pene quæ ſunt mundi perturbationes, & anguſtiæ plu/ries liberauit Dauid. tentatio mortificans ducit ad malum eternæ damnationis, & ſic libera nos a malo, ad quod inducit tentatio. Alÿ a malo ideſt a peccato, ſic ab omni malo li/bera nos quod ſit malum quo demereamur, quoniam multa ſunt, in qbus meremur. beati qui lugent, beati q perſecutio/nem patiuntur propter iuſtitiam. Pau. 2. Thes. ca. 3. omnes qui pie uolunt uiuere in Chriſto perſecutionem patiuntur.*

QVONIAM TVVM EST RE/GVM VIRTVS ET GLORIA, *hæc*

uerba in græcis codicibus habentur, latini tamen non legũt nec dicunt diuerſa a predictis, diximus ut liberet nos a tentatione, & de omnia illa quæ ſupra petiebamus causa quare a patre omnia iſta petimus ut faciat quoniam tuum eſt o pater regnum, ideo potes nobis impartire, tua eſt uirtus ideſt omnipotens es pater & cætera quæ petimus dare, tua eſt gloria liberandi nos a tentatione & ab omni malo, & inducere nos ad uiam rectam & ad uiam pacis & dilectionis.

AMEN. *ideſt fideliter & uere ſunt a te deſiderata ut nobis concedas omni quo poſſumus affectu deprecamur.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE